

IOANNIS ANDREAE I. C. BONONIENSIS

OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS

In Primum Decretalium librum Nouella
Commentaria

AB EXEMPLARIBVS PER PETRVM VENDRAMAENVM
in Pontificio Venetiarum foro Aduocatum mendis, quibus refecta
erant, diligenter expurgatis, nunc impressa.

His accesserunt doctissimorum virorum annotationes,

Cum Summis eiusdem nouis, & Indice locupletissimo.



VENETIIS, M D LXXXI.

Apud Franciscum Franciscium, Senensem.

COLL. SOC. IESV S. A. M. EX DONO REGVM





ILL. AC REVER.

D. MARCOLINO MONSIGNANO

VTRIVSQUE SIGNATVRAE S. D. N.

REFERENDARIO.

Franciscus Franciscus Senensis Bipliopola F.



ADMIRABILIS illa tua humanitas, & suauitas morum, qua cum ceteris tot, tumq; praeclaris virtutibus tuis coniuncta, incredibilem omnium tibi conciliat beneuolentiam, & amorem, me quoq; olim cum tu Patauium iuri operam daturus proficiscens, haec iter faceres, in tui admirationem traxit, & vehementiore quamdam voluntatis meae erga te propensionem excitauit. Ad quam cum postea maxima, & innumera tua in me beneficia accesserint, quibus tu, quotiescunq; occasio se se obtulit, aut rationes meae postularunt, ita me iuuare, & augere semper perseuerasti, ut omnibus meis prosperis, atq; aduersis rebus promptissimum in tuo patrocinio, & firmissimum praesidium constitutum fuerit, non ne ego omnis penitus sim humanitatis expertus, nisi te unum omnium hominum maxime diligam, colam, omni studiorum, & officiorum genere prosequar? Quod sane facio, quantum in me est, libentissime, & memoriam beneficiorum tuorum assidue colo. Ac tibi quidem animus meus plane perspectus esse potest, & qua tua liberalitas est, nullam ut tibi gratiam referam expectas, si habeam in eo, abunde me tibi satisfacere putas. Verum tamen, quoniam nullum adhuc meum grati & memoris animi testimonium extat, uenit mihi saepenumero in mentem uereri, ne ab alijs, quorum pleriq; quam multa tibi debeam non ignorant, mea requiratur in tuendo officio meo, uel diligentia, uel fides. Quare obrem, quamuis ego beneficiorum tuorum magnitudinem nullis meis meritis exequari posse iamdiu facile intellexerim, & ad te, cui omnia praeclara, & eximia adsunt, nobilitas, dignitas, opes, ingenium, rerum usus, atq; peritia, leue aliquid, & uulgare deferre, cuiusmodi sunt, quacumq; a me proficisci possunt, ineptum sortasse uideatur, tamen diutius ferre non potui, quin tu aliquid a me acciperes, in quo amoris, fidei, & pietatis in te mea significationem, & quasi speciem quandam omnes agnoscerent, cum praesertim, quantum id cumq; sit, quin tibi gratum, & acceptum futurum sit, eadem illa humanitas tua dubitare me non patitur. Hos igitur Ioannis & Andrea I. C. Celeberrimi in ius cano-

A nicum

IOANNIS ANDREAE BONONIENSIS

IURIS CANONICI FONTIS VERRIMI,

In primum Decretalium Librum Commentaria
(quæ Nouellas appellauit) Acutissima.

S Y M M A R I V M.

- 1 Offerre debet vnusquisq; quod potest, in tabernaculo Dei.
- 2 Tabernaculum Dei est etiam in ecclesia militante.
- 3 Operis dedicatio Bertrando episcopo Hostiensi, & quare numero 4.



Hieronymus Horta-
tur in
prologo libri Regum, vnū-
quemq; in Dei taberna-
culo offerre, quod potest. Est
autem ¶ Dei tabernaculum
etiā in ecclesia militante, de
quo Apocalyp. 21. A. Ecce
tabernaculū Dei cum homi-
nibus, & habitabit cum

eis. ¶ Vobis igitur reuerendo in Christo patri & do-
mino meo domino Bertrando ¶ Dei gratia episco-
po Hostiensi, qui in huius tabernaculi regimine pe-
nes Christi Vicarium primus estis, ego Ioannes An-
drea familiaris vester nouellam hanc prædecessoris
vestri, ac alijs antequis & nouis ornata floribus of-
fero: præcorque suppliciter, vt vos, quem ex familia-
ri mihi constat obsequio, sic singulis virtutibus sin-
gulariter abundare, ac si reliqua non adessent, &
qui Christi bibliothecam de pectore vestro fecistis,
vt hæc de Nepotiano in illius epitaphio scribit ip-
se Hieronymus. Cuius simile loquitur de Scipio-
ne Africano Valerius libro 6. c. 6. propter quæ meri-
tò teneo, quod illum clauigerum intra vos hospitē
habeatis, sine cuius clauē liber signatus aperiri, vel
exponi non potest, vt dicit Hiero. in epistola ad Pau-
linum. b 5. c. huius libri scripta, cuius scientiæ magi-
sterium obtinetis, dignemini examinanda, & refor-
māda suscipere, vt per vestrum ministeriū hospes
vester Deus, cui semper est magisteriū doctrina ser-
uanda, teste Hieronymo in prologis Ioā. & Apoca.
in si. non solum errari non sinat: sed etiam vobis, &
mihi, ac etiam in ipsa nouella studentibus piē con-
cedat illa in terris dulcere, & docere, quorum sciē-
tia in celis cum fructu salutifero perseueret, vt dicit
Hiero. ad Paulinū. vt sic recipi in æterna taberna-
cula mereamur, Luca. 15. post prin. & consequi perse-
ctus tabernaculū non manu factum, ad Hebræos.
9. Quod intercessionē virginis gloriose, & ipsius bea-
ti Hiero. vestrisq; suffragiis ipse concedere dignetur,
qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

A D D I T I O N E S.

- a ¶ Hieronymus. Habetur in epistola Hier. ad Eusebiantium de epitaphio Nepotiani.
- b ¶ Paulinus. Habetur in prologo bib. 12. & in capitu. sancta. 2. 402. 7.

S Y M M A R I V M.

- 1 Opus Nouella Compilatio glossarum nuncupatur, & nomen ge-
nitricis ac genitæ gerit.
- 2 Operis difficultas, & quibus ex causis.
- 3 Compilatio Gregorij ex constitutionibus & decretalibus episco-
pali Auctoris ex diuersis apparatus in hanc Gregorij, &
anteriores compilationes editis à iuris prædribus.
- 4 Additio quæ sit auctoris apparatus compilatis.
- 5 Compilationum antiquarum interpretes qui.
- 6 Eorum scripta quot numero fuerit.
- 7 Ex multitudine scriptorum quid mali nascatur.
- 8 Ordo seruatus ab auctore ferè perpetuus in opere scribendo, 9.
& 10.
- 11 Commentum modum cur non seruauit auctor, remissiuè.
- 12 A lecturibus quid auctor optet.
- 13 Stylo quo sit usus idem.

Nouella ¶ Glossarum cōpilatio, ge-
nitricis & genitæ nomen ge-
rens. Nouella nuncupetur, vt est; quia
propter profectuū laborem, deficiē-
di timorem, & doctrinæ verbalis occupationem,
difficiliter taggedior, cognoscens, quod tam ardua
scandere transcendit mearum virium quantitatē.
Terret etiam non modicum posterorum detractio,
cui non solum per doctrinæ verbum volatile, sed
etiam per scriptum mansibile toties me summitto.
Inuitauit illius cōfidentia, qui dixit ad Moysem Exo.
4. Ero in ore tuo, & docebo te, qd loquaris. Ipsius, n.
potētia spero vires augeti, timorem euelli, & suppor-
tabilem mihi fieri hūc laborem. Dixit enim, Petre,
& dabitur vobis, Luca. 11. Ad hoc spes præmiū, & pē-
næ pavor inducit, ne illi seruo sim similis, qui domi-
ni talentum ad opus sibi commissum abcondit.
Matth. 25. Ad hoc proficiēdi desiderium excitat, &
hortatur instans requisitio, & futura sociorum vtili-
tas, quorum zelo iam vincor vt non solum lingua,
sed etiam calamo doceam hoc volumen, detrahē-
tium terrore deposito: qui secundum Hie. in prolo-
goparalipome. i. apē rodētēs ore canino in publico
detrāhūt quod legunt in angulis. Et alibi de detra-
ctoribus suis sic loquitur in prologo Ezechielis, in
si. Si amici mei & hunc subianauerūt, dicite illis, ¶
nemo eos compellit, vt scribant. Et super b Ephe. 5.
Te in ius non traho, quia nostra non scribis. Conue-
niunt autem ¶ Gregoriana compilatio, & hoc opus
ex intentione auctorum. Sicut. n. fuit intentio Gre-
gorij diuersas constitutiones, & decretales epistolas
diuersas in diuersa volumina, aliquibus suis co-
nstitutionibus additis, ad communem vtilitatem, re-
secatis superfluis, in vnum volumen reducere; sic
est mei Io. An. in hoc opere principalis intentio di-
uersos apparatus à summis huius iuris prædribus
Ioan. And. sup j. decret. A 2 editos